DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Pfarre Kartitsch: Urkunden

Pfarrarchiv Kartitsch

1360-1854

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7807.A

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

Visual Library

8

FR. THOMAS CERVIONI A' MONTE ILCINO, PATRITIUS SENENSIS, Archiepiscopus, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Porphyriensis, Sacrarij Apostolici Pref., Pontificij Solij Assistens, ac totius Ord. Erem. S. Augustini Ex-Gen.

UNiversis, & singulis præsentes literas nostras visuris fidem indubiam facimus, quod Nos ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, Sanctorumq; suorum venerationem, ex sacris Reliquiis de mandato SS.D.N.PP. è Cœmeterio *Calisti* extractis, & à Sacra Congregatione Indulgentiarum, sacrarumque Reliquiarum recognitis, & approbatis dono dedimus *Dno Josepho Luffler partes Capitum SS. Venerandi, et Severini Martyrum*

collocat. in *Capsula lignea, charta depicta cooperta, vitta serica rubra ligata* benè clausa, nostroque parvo sigillo obsignat. cum facultate apud se retinendi, alteri donandi, extra Vrbem mittendi, & in qualibet Ecclesia, vel Oratorio publicæ fidelium venerationi exponendi, & collocandi, absque tamen Officio, & Missa, ad formam Decreti Sac. Congregationis Rituum editi die 11. Augusti 1691. In quorum fidem has præsentes literas manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum nostrum Secretarium expediri jussimus. Dat. Romæ die *8* Mens. *Xbris* Anno 17*40*

Fr. T. Archi. Ep. Porph.

Gratis ubique omnia
Regist. lib. 3.

Valent. Valentini Secr.

Cels:mi et Rev:mi Dni, Dni Caspari Ignatij Epi, et S: R: I: Principis
Brixinensis etc. Suffraganeus, et Vicarius in Spiritualibus Generalis etc. Nos
Ferdinandus Josephus Gabriel Dei, et Aplicae Sedis gratia Episcopus
Hyppolitanus, Comes a Sarnthein, Dnus in Rottenbuch, Kellerburg,
et Kranzelstein, Summus Praepositus, et Canonicus Cathedralis Ecclae Brixin:
nec non Consistorii Praeses, ac Praepositus Collegiatae Ecclae B: V: M: in
ambitu Brixinae etc. Quandoquidem Identitas retroinsertarum
SS: Reliquiarum a Nobis rite recognita fuerit, hinc attenta hujus-
modi recognitione concessa in hac praesenti attestatione facultati inhaeren-
tes easdem ferre licentiam concedimus, et impertimur, quatenus eaedem
Sacrae Reliquiae in qualibet Ecclia, vel oratorio hujus Brixinensis
Dioecesis debito cum cultu collocatae publicae fidelium venerationi
exponi, vel privatim retineri possint, et valeant. In quorum fidem etc.
Datt: in Consistorio Brixinae die 4ta Mensis Aprilis Anni 1747.

Ferd: Josephus Hyppolitanus
Vicarius Galis

Josephus Andreas
Müller Consist. Secr.

Joseph Rupp[illegible]

Reliquiæ

Reliquiæ

Venerandi et Severini

1740 X 8

Reverendissimi, & Serenissimi Principis, ac Domini, Domini Josephi, Episcopi Augustani,
Landgravij Hassiae, Principis Hirschfeldiae, Comitis in Catzenelenbogen, Diez, Ziegenheimb, Nidda,
Schaumburg, Isenburg, et Büdingen, Abbatis in Földwar &c. Nicolaus Antonius Heiz J. U. Doctor. Vicarius
in Spiritualibus Generalis: Sanctissimi DD: Benedicti XIV. Pontificis Maximi Praelatus Domesticus:
Ecclesiae Cathedralis Aug.nae Canonicus &c. Praesentium per tenorem recognoscimus, quod exhibitum
Nobis fuerit unum instrumento authentico Reliquiarium argenteum figurae ovatae, Crystallis ab utraque
parte munitum, filo serico rubri coloris colligatum, benè clausum atque obsignatum, cum particulis de
Sacro Ligno S. Crucis D: N: J. Christi, de velo B: V: M: de Pallio S. Josephi, de ossibus S. Joachimi,
S. Annae, S. Zachariae et S. Elisabethae, quas recognovimus, et non suspectas reperimus, ac proinde Authoritate
Ordinarij pro Rmo ac Ser.mo DD. Josepho Episcopo Aug.no Landgravio Hassiae &c. ad maiorem Omnipotentis DEI
gloriam, et Sanctorum suorum venerationem, nec non Fidelium Christi Devotionis augmentum, Licenti-
am damus, suprànominatas particulas in quacunque Ecclesia, Oratorio, seu Capella publicae venerationi ex-
ponendi. In cuius rei fidem praesentes desuper fieri, à Sigillifero Episcopali subscribi, et Sigillo Officij
Vicariatus maiore fecimus communiri. Augustae die trigesima Mensis Aprilis Anno 1750.

Josephus Ignatius Clarer
Ser.mi Sigillifer

1750 IV 30

Littera authentica de Reliq. S. Crucis, veli B. V. M., pallii S. Josephi, Joachim et Annae, Elizabethae et Zachariae

[illegible]

Soluta taxa 1 £ 40:

HORATIUS MATTHEIUS

UTRIUSQUE SIGNATURÆ REFERENDARIUS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

ARCHIEPISCOPUS COLOSSENSIS

SS. D. N. PAPÆ PRÆLATUS DOMESTICUS PONTIFICIO SOLIO ASSISTENS
ET SACROSANCTÆ LIBERIANÆ BASILICÆ CANONICUS

UNiversis, & singulis præsentes nostras litteras inspecturis fidem facimus, & attestamur, quod Nos ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem, (attenta facultate a SS. PP. Nobis specialiter concessa), recognovimus ex authenticis locis extracta sacras Reliquias ex oss. S. Leonardi Ab. quas reverenter collocavimus in theca arg. ovata duplici vitro munita, a l—

bene clausa funiculo serico coloris rubri colligata, ac Sigillo nostro signata. Eam que dono dedimus, & concessimus

cum facultate apud se retinen., aliis donand., extra Urbem transmitten., & in qualibet Ecclesia, Oratorio, aut Capella publica Fidelium venerationi exponen. In quorum fidem has testimoniales litteras manu nostra subscriptas, nostroque Sigillo firmatas, per infrascriptum Secretarium nostrum expediri mandavimus. Datum Romæ ex Ædibus Nostris die 11 Mensis Jan: Anni 1777

H. Archiep. Colos.

Gratis ubique

Fabianus Valenti Sec:

Auth.
f A. Leuwhuek.

FR. NICOLAUS ANGELUS MARIA LANDINI Florentinus Ordinis Eremitarum S. Augustini, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Porphyrien., Sacrarii Apostolici Præfectus, ac Pontificii Solii Assistens.

UNIVERSIS, & singulis præsentes nostras literas inspecturis fidem facimus, & attestamur, qualiter Nos

dono dedimus

particulam de Ossibus S. Barbaræ Virginis, et Martyris ex Locis authenticis desumptam posit. in theca Stanni ovali figuræ, et vitro munit. quod filo serico rubro ligat. Nostro parvo sigillo obsignari mandavimus, eidq. ut

apud se retinere, aliis donare, & in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicæ fidelium venerationi exponere, & collocare valeat in Domino facultatem concessimus. In quorum fidem has literas testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque firmatas sigillo per nostrum Secretarium expediri mandavimus. Datum

Romæ 5 Xmbris 1777

Fr. N. A. M. Epus Porphyrien.

Joseph Bonidis[?] Secr.

Von dem leben der Heiligen
Martÿrin Barbara.
Approbatio

Luigi 12

FR. XAVERIUS CRISTIANI

Ord. Eremit. S. Augustini

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPUS PORPHYRIEN.

SACRARII APOSTOLICI PRÆFECTUS

PRÆLATUS DOMESTICUS, AC PONTIFICIO SOLIO ASSISTENS.

UNiversis, & singulis præsentes literas nostras visuris fidem indubiam facimus, quod Nos ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, Sanctorumque suorum venerationem, ex sacris Reliquiis de mandato SSmi D. N. PP. è Cœmeterio Cyriaci extractis, & à Sacra Congregatione Indulgentiarum, sacrarumque Reliquiarum recognitis, & approbatis dono dedimus ________ Patris de [illegible] venerandi, et Deodati MM ________

collocat in capsula lignea [illegible] depicta cooperta vitro funiculo ligat ________ benè clausa, nostroque parvo Sigillo obsignat & omnibus ad quos spectat, ut prædictas Sacras Reliquias apud se retinere, aliis donare, & in quacumque Ecclesia, Oratorio, seu Capella publicæ venerationi exponere valeant facultatem in Domino concessimus, absque tamen Officio, & Missa, ad formam Decreti Sac. Congregationis Rituum editi die 11. Augusti 1691. In quorum fidem has præsentes literas manu nostra subscriptas, nostroque Sigillo firmatas per infrascriptum Secretarium nostrum expediri jussimus.

Datum Romæ die 6 Mensis Feb. Anno 1754

Fr. X. Epus Porphyrien.

Gratis ubique omnia

Reg. lit.

Philippus [illegible] Secr. [illegible]

Celsmi et Revmi Dni Dni Josephi Eppi, et S. R. J. Principis Brixinensis, Nos Praeses, et Consiliarii Consistorii Brixinensis. Quandoquidem identitas certe infrascriptarum SS. Reliquiarum a Nobis cito recognita fuit; Hinc attenta hujusmodi Recognitionis facultati in hac praesenti Attestatione expressae inhaerentes, harum serie Licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur, quatenus eadem SS. Reliquiae in publica Ecclesia, vel oratorio hujus Brixinensis Dioecesis debito cum cultu collocatae publicae Fidelium Venerationi exponi, vel privatim decenter retineri possint, et valeant.

In quorum fidem Datum in Consistorio Brixinae die 23tia Augusti 1781.

Felix [illegible]
Praeses

Joannes Bapt. Pirchstaller
Secret. Ecclesiasticus

1784

Venerdi 5.5.

et

Cnodati M. M.

Appsolution des Religieux

Joa

Nos Carolus Franciscus Dei & Apostolicæ Sedis gratia

Episcopus Brixinensis et Princeps &c.

Tenore præsentium fidem facimus et attestamur, quod ad majorem Dei gloriam, Sanctorumque honorem, S. Particulas de ligno vero S. Crucis D. N. Jesu Christi, in formam crucis dispositas; item de ossibus S. Andreæ Apost. SS. Marcelli Socij S. Petri apost. Laurentij levitæ, Georgij megalo. Christophori, Agapiti pronest M. M. S. Sylvestri Papæ conf. SS. Corradi constant. Wolfgangi Ratisbon. Episcoporum conf. S. Ægidij valerar. et Leonardi lenovic. Eremitarum conf. S. Barbaræ, Ursulæ, Margarethæ, Apoloniæ VV. M. M. S. Marthæ Bethan. Walburgæ abb. Eichstadiensis. Nothburgæ ancillæ Virginum. Denique de veste S. Caroli Borom. Epi C. de S. Theresia Carmel. V. Singulas earum propriis Nominibus praeditas, jam antea rite recognitas, et ex locis authenticis extractas, in theca argento-laminea, figuræ ovalis, anterius chrystallo munita, funiculo serico coerulei coloris colligata, a tergo vero Sigillo Nostro minori in cera rubra hyspanica impresso obsignata repositas recognoverimus. Horum itaque serie licentiam et facultatem concedimus, ut eædem S. Particulæ in qualibet Ecclesia vel oratorio hujus Nostræ Brixinensis dioecesis debito cum cultu collocatæ publicæ fidelium Venerationi exponi, vel privatim decenter retineri possint et valeant. In quorum fidem &c.

Datum in Residentia Nostra Brixinæ die 25ta Januarij 1827.

Carolus Franciscus Eppus L. S.

Ad Mandatum Celsitudinis suæ Rev.mæ proprium.

Jos. Joan. Pichtold Secret. eccles.

Hanc copiam exhibito originali suo authentico de verbo ad verbum collationando conformare manu et sigillo proprio testor. Datum in Carenica

Joann Thomas Popp consil. eccl. Brix. actualis et Parochus in Mils

Nos Carolus Franciscus Dei & Apostolicae Sedis gratia
Episcopus Brixinensis et Princeps &c.

Tenore praesentium fidem facimus et attestamur, quod ad majorem Dei gloriam, Sanctorumque honorem: S. Particulas de ligno vero S. Crucis D. N. Jesu Christi, in formam crucis dispositas, item de ossibus S. Andreae Apost. SS. Marcelli Socii S. Petri Apost. Laurentii Levitae, Georgii megalo. Christophori, Agapiti proconss. M. M. S. Sylvestri Papae conf. SS. Conradi Constant. Wolfgangi Ratisbon. Episcoporum conf. S. Onofrii Valeriani et Leonardi Lemovic. Eremitarum conf. SS. Barbarae, Ursulae, Margarethae, Apolloniae VV. M. M. S. Marthae Bethan. Walburgae Abb. Eichstadiensis, Nothburgae ancillae Virginum. Denique de veste S. Caroli Borom. Epi C. de S. Theresia Carmel. V. Singulas earum propriis Nominibus praeditas, jam antea rite recognitas, et ex locis authenticis extractas, in theca argento-laminea, figurae ovalis, anterius chrystallo munita, funiculo serico coerulei coloris colligata, a tergo vero Sigillo Nostro minori in cera rubra hyspanica impresso obsignata repositas recognoverimus. Eorum itaque serie licentiam et facultatem concedimus, ut eaedem S. Particulae in qualibet Ecclesia vel oratorio totius Nostrae Brixinensis Dioecesis debito cum cultu collocatae publicae fidelium venerationi exponi, vel privatim decenter retineri possint et valeant. In quorum fidem &c.

Datum in Residentia Nostra Brixinae die 25ta January 1822.

Carolus Franciscus Eppus L. S.

Ad Mandatum Celsitudinis suae Rev.mae proprium.

Jos. Joan. Perktold Secret. eccles.

Hanc copiam exhibito originali suo authentico de verbo ad verbum collationando conformare manu et sigillo propriis testor. Datum in Carenica

Joann Thomas Popp consil. eccl. Brix. actualis et Parochus in Mils

N° 351.

+21 p.

Engelh. oppel. 2½ J. Raiz. Fr. Kimm f. Kif. Codrom Vignich mit Milpro Copia 1822

vid. natio 24.

T

Ecclesiae Sancti Leonardi in Hartl[illegible]

Die 18. Novembris 1822. Donatum a Pl. R. ac Dart. D. D. Francisco Petro de Busriere a Mussiponte Notario Apostolico Coenobio Inbicensi.

Copia Authentica Particulae S. Crucis 95:

S. L. Andreae, Marcelli, Petri, Laurentii, Georgii, Christophori, Agapiti, Silvestri, Conradi, Wolfgangi, Remedii, Leonardi, Barbarae, Ursulae, Margarethae, Apolloniae, Marthae, Walburgae, Caroli Borr. Theresiae &c.

Benedictus XIV.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Ad augendam fidelium Religionem, et Animarum Salutem, coelestibus ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac Sacra comunione refectis, qui ecclesiam S. Leonardi loci Cartisch Brixinensis Dioecesis, cui ecclesiae, ejusque capellis, et Altaribus, sive omnibus, sive singulis, eamque, seu eas, vel ea, aut illarum, seu illorum singulas, vel singula etiam visitantibus nulla alia indulgentia reperitur concessa, die festo S. Sigismundi Regis a primis vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et Remissionem misericorditer in Domino

concedimus. Praesentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si alias Christi fidelibus in quocunque alio anni die dictam Ecclesiam, seu Capellam, aut Altare in ea situm visitantibus aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, vel si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatorio die II. Aprilis 1757. Pontificatus Nostri decimo septimo.

~~Litterae Consecrationis pro ecclesia S. Stephani in Straß petuntur~~

BENEDICTUS PP. XIV

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti omnibus
utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesiam S. Leonardi loci Corvirsch [?] Brixinensis Dioecesis [illegible]
[illegible] ... [illegible] die festo S. Sigismundi
Regis a primis vesperis usque ad occasum solis dicti festi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae
exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium
tantum valituris. Volumus autem ut si alias Christifidelibus ... [illegible] ... aliqua alia indulgentia perpetuo
vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, dictae praesentes ... [illegible] ... aut sponte oblatum
recipiatur praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 21 Aprilis MDCCLVII Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Publicetur Breve iuxta suum tenorem
Sig. ex Consistorio Brixinae die prima maij 1757.
Joannes Philippus Carolus Comes
Frieger [?] Canonicus Consiliarius
Ecclesiasticus [illegible]

[illegible signature]

Pro Dno Cardinali Passioneo
Joannes Florius Substitutus

Indulgentia plenaria festo S. Sigismundi.

757

Cantiless 2/13 67

A. B. de Simis

Gratis.

GREGORIUS XVI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Expositum Nobis nuper fuit pro parte Venerabilis Fratris Moderni Episcopi Brixinensis, quod Confraternitatibus sub titulo B. M. V. de Rosario in dicta Brixinensi Dioecesi canonice erectis praeter indulgentias iisdem generaliter concessas, quam plurimae aliae sive a Nobis, sive a Praedecessoribus Nostris per unumquemque ex Confratribus, et Consororibus lucrifaciendae, dummodo tamen injuncta pro hisce consequendis rite in propria respectiva Ecclesia, seu Capella, vel Oratio ab iisdem persolvantur, impertitae sunt. Verum, sicut eadem expositio subjungebat, cum hujus Brixinensis Dioecesis praedictarum Confraternitatum Confratres, et Consorores ad propiam respectivam Ecclesiam, seu Capellam, vel Oratorium tum ob distantiam, et ob aeris intemperiem hiemali tempore praecipue saevientem, tum ob alias rationabiles causas non sine magna difficultate sese conferre haud quaeant, plurimum cupit Exponens supradictus, quatenus omnes et singulae memoratae indulgentiae per praefatarum Confraternitatum Confratres, et Consorores in propria respectiva Ecclesia, seu Capella, vel Oratorio lucrifaciendae, de Ecclesia, seu Capella, vel Oratorio hujusmodi ad respectivam eorum propriam Ecclesiam parochialem benigne per Nos transferantur. Nobis idcirco humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ut hujusmodi Ecclesiae thesauris praefati Christifideles commodius fiant participes, supplicationibus hisce permoti, deque omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnes et singulas indulgentias tum plenarias, tum partiales a Confratribus, et Consororibus Confraternitatum sub titulo B. M. V. de Rosario in Dioecesi Brixinensi canonice institutarum nunc, et pro tempore existentibus in propria respectiva Ecclesia, seu Capella, vel Oratorio, ut praefertur, lucrifaciendas de Ecclesia, seu Capella, vel Oratorio hujusmodi ad propriam respectivam unorumquorumque ex praefatis Confratribus, et Consororibus Ecclesiam parochialem, servata tamen in reliquis superiorum concessionum apostolicarum forma et dispositione, omnibusque inibi injunctis rite adimpletis, Auctoritate Apostolica per praesentes, ac durante earumdem concessionum indulto transferimus, et translata declaramus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIX. Januarii MDCCCXXXIX Pontificatus Nostri Anno Octavo.

(L. S.)

EMANUEL CARDINALIS DE GREGORIO m/p.

Nr. 730/3

Publicentur supradictae indulgentiae in Ecclesia curata ad S.s Leonardum Conf. et Oswaldum M. ... Par. Sillian.

Signatum in Consistorio Brixinae die 14. Junii 1839

Jos. a Schnitzer
Praeses.

J. Mayr ...

1839

No 27.

Rosenkranz=Ablaß

Beatissime Pater!

Felicianus Kaler, Curatus Ecclesiae Kartitsch Dioeces. Brixinens. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humillime rogat indulgentiam plenariam lucrandam a Xti fidelibus in praedicta Ecclesia consuetas conditiones implentibus et quidem tribus hujus anni diebus a Rmo Domino Episcopo Brixinensi designandis. Pro qua &

Ex Audientia Sstmi

Sstmus Dnus Noster Gregorius PP. XVI. Omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis, ac Sacra Communione refectis supradictam Ecclesiam tribus Diebus, ab Ordinario semel designandis, devote visitantibus, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae orantibus, Plenariam Indulgentiam, incipiendam a primis Vesperis usque ad illorum

Dierum

Dierum Solis occasum benigne conces=
sit. Praesenti pro hoc Anno tan=
tum valituro absque ulla Brevis
expeditione. Datum Romae ex Se=
cretaria Sacrae Congregationis In=
dulgentiarum die 4. Maji 1846=

J. Card. Brignole Praef.

Vidi Bernardus,
Episc. Brix.
Oeniponti die 15 ta
Maij 1846 m.p.

Expensae
Scut: obuli triginta
Agentiae
Scut: unum

Jacobus Sollo Secretarius

1846

Dioecesis Brixinen.

N. 753.

Zufolge h. f. B. Consistor. Auftrages d. 9. Okt. 854
N. 2816 wird Ihnen auf die untern 6. d. M. Z. 750
hergelegten Anfragen eröffnet, daß nach dem
Wortlaute des päpstlichen Breve zur Gewinnung
des Jubiläums Ablasses das zur Bedingung
gemachte Almosen nothwendig an arme Personen
abgereicht werden müsse, wobei übrigens kein
Anstand obwaltet, daß Sie die Gelegenheit
nebenbei auch zur Erzielung von gütigen
Beiträgen für die H. Oswald Kirche benützen.
Da übrigens nicht ein Jubiläum im
strengen Sinn des Wortes ausgeschrieben
worden ist, dürfen auch anderweitige in
diese Zeit fallende Ablässe verkündet werd.

F. B. Dekanal Amt Innichen den
12 Okt 1854

Jos. Stutzenberger
Dec.

Die ... No 14 ... nicht eigentlichen
Jubiläum ... [illegible]
[illegible]
[illegible]
geben.

1854

No 933 V. Dekanal A. Innichen

INNICHEN
12. OCT

An

Die löbliche Seelsorgsstation

zu

Kartitsch

Ex offo

... PROBSTEY ... INNICHEN

7

1725

Hæ duo Campanæ Benedictæ, et consecratæ fuerunt
â Reverendissimo, et Amplissimo Domino Domino Al-
-phonso Abbate Canonicorum Lateranensium in Novacellâ.
Maior in honorem S.S. Oswaldi, et Leonardi: minor
in honorem Apostolorum Petri, et Pauli, die 23.
Februarÿ 1725. In fidem dedi præsentes manu
propria subscriptas, et Sigillo Capitulari Neocellensi
munitas, die et anno ut suprà.

Carolus Eyrl
Can: Reg: Lat:
Eccla Custos.

Die 10 Mensis Maij, Anni 1736 Illustrissimus et Reveren-
dissimus Dominus Dnus Ferdinandus Josephus Gabriel Epus
Hyppopolitanus, Comes à Sarnthein, Suffraganeus, Primus
praepositus, et in Spiritualibus Vicarius generalis Brixinensis &c. benedi-
xit pro Ecclesia ad S. Leonardum in Kartitsch campanam
ad honorem S.ti Bartholomaei Apli. In quorum fidem has
manu propria, et Sigillo roboratas dedi Brixinae die 19
mensis et anni ut suprà.

Michael Schnappinger
Can: Collegiat Ecclesiae Innichensis
Praepositus

Tenore præsentium testor, quod anno 1782 die septima mensis Junii Celsissimus ac Reverendissimus Dominus Dominus Josephus Episcopus, et S. R. I. Princeps Brixinensis, ex Comitibus a Spaur &c &c. pro venerabili Ecclesia loci Cartitsch, campanam, 1920 librarum æris, in honorem S. Leonardi, rite benedixerit. In quorum fidem has manu propria scriptas, et sigillo munitas dedi Brixinæ die 8. ejusdem mensis et anni.

Jacobus Plaixner
Benef. Cæremonffria

Glocken=Gießer

Attestat.

1782

Leutkirch.